1855. Anno 1815. Die 23. Maji.

Florianus Pavoni, qui uxoratus fuit Venetiis cum Francisca ibi superstite annorum 87. dierum ac meritorum plenus nudiustertius hora pom. 9. Sacris Poenitentiae, Extremae Unctionis, necnon absolutione papali, aliisq. auxiliis spiritualibus adiutus (allata enim Eucharistia, non erat amplius sumendo), sancte, placideque obdormivit in Domino; et hodie ejus cadaver appositum fuit ad suos, solemnes exequias me Andrea Capellari Parocho peragente.

N.B. Die 12. currentis obiit Tridenti Jo: Bapta Filius Jo: Baptae Coradazzi vulgo Depa hujus Paroeciae annorum 39.

Die dicta.

1856. Rosa filia Joannis Siccò, et Angelae conjugum, biennio nondum expleto, heri ad Coelum evolavit, et hodie corpusculum ejus in hoc parochiali coemeterio locum habuit, exequiis per me Capellari Andrea Parocho peractis.